

XXIV

AD AULUM, DE MAMERCO.

Ut bene loquatur, sentiatque Mamercus,
 Efficere nullis, Aule, moribus possis:
 Pietate fratres Curtios licet vincas,
 Quiete Nervas, comitate Rusones,
 Probitate Macros, æquitate Mauricos,
 Oratione Regulos, jocis Paullos:
 Rubiginosis cuncta dentibus rodit.
 Hominem malignum forsán esse tu eredas:
 Ego esse miscum credo, cui place neno.

XXV

IN MATHONEM.

Declamas in febre, Mathon: hanc esse phrenesim
 Si nescis, non es sanus, amice Mathon.
 Declamas æger, declamas hemitritaëus.
 Si sudare aliter non potes, est ratio.
 Magna tamen res est errans cum viscera febris
 Exurit, res est magna tacere, Mathon.

XXVI

IN MAXIMUM.

Capto tuam, pudet heu, sed capto, Maxime, cœnam:
 Tu captas aliam: jam sumus ergo pares.
 Mane salutatum venio; tu diceris isse
 Ante salutatum: jam sumus ergo pares.
 Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis;
 Tu comes alterius: jam sumus ego pares.
 Esse sat est servum: jam nolo vicarius esse.
 Qui rex est, regem, Maxime, non habeat.

XXIV

A AULO.

Por buenas que sean, Aulo,—tus costumbres, de Mamercó,
 No impedirás que tu fama—empañe el impuro aliento.
 Aun cuando en piedad vencieras—á los Curcios con tu ejemplo,
 En mansedumbre á los Nervas,—en elocuencia á los Régulos,
 A los Rusones en garbo,—á los Paulos en gracejo,
 A los Máceres y Máuricos—en lo probo y en lo recto,
 No estorbarás que te siga—con diente inmundo royendo.
 Tal vez lo juzgues maligno;—pero, Aulo, yo más bien creo
 Que es sólo un sér desgraciado,—á quien nadie da contento.

XXV

CONTRA MATHON.

Con calentura declamas:—si no sabes que es locura,
 Amigo Mathon, ignoras—que tu razón anda turbia.
 Declamas con la terciana:—si sudar, así, procuras,
 Pues no puedes de otro modo,—es racional tu conducta.
 ¡Ardua cosa! También lo es—si la fiebre con que luchas,
 Te abrasa, Mathon, y logras—mantener la lengua muda.

XXVI

CONTRA MÁXIMO.

Acecho tu cena, Máximo,—la acecho, sí, ¡qué vergüenza!
 Pero tú asechas la de otro;—nuestras suertes son parejas.
 De mañana á saludarte—vengo; mas sé con sorpresa
 Que á otro á saludar saliste;—nuestras suertes son parejas.
 Soy tu cliente que abre paso—á tu hinchazón y soberbia,
 Pero de otro eres tú cliente:—nuestras suertes son parejas.
 Basta ser siervo; no quiero—servir al que siervo sea.
 El rey verdadero, Máximo,—conviene que rey no tenga.

XXVII

AMICIS QUOD DATUR, NON PERIRE.

Callidus effracta nummos fur auferet arca:
 Prosternet patrios impia flamma Lares.
 Debitor usuram pariter sortemque negabit:
 Non reddet sterilis semina jacta seges.
 Dispensatorem fallax spoliabit amica:
 Mercibus exstructas obruet unda rates.
 Extra fortunam est, quicquid donatur amicis:
 Quas dederis, solas semper habebis opes.

XXVIII

AD SABELLUM.

Quod non insulse scribis tetrastica quædam,
 Disticha quod belle pauca, Sabelle, facis;
 Laudo, nec admiror: facile est Epigrammata belle
 Scribere: sed librum scribere, difficile est.

XXIX

CRYSTALLINA.

Frangere dum metuis, frangis crystallina: peccant
 Securæ nimium sollicitæque manus.

XXVII

LO QUE SE DA A LOS AMIGOS NO PERECE.

Astuto ladrón tus arcas—rompiendo te robará;
 Por un incendio arruinados—tus patrios lares verás;
 Te negará algún deudor—interés y capital;
 Mies estéril, la semilla—sembrada no volverá;
 Tu ecónomo despojado—será de amiga falaz;
 Tus naves con tus riquezas—airado mar sorberá,
 Lo que se da á los amigos—á salvo queda no más;
 Y así nunca los favores—que hicieres te faltarán.

XXVIII

A SABELLO.

Ni te aplaudo ni te admiro,—Sabelo, si una quarteta
 Haces regular, ó dísticos—que no merecen enmienda:
 Escribir bien epigramas—es una fácil tarea,
 Pero escribir bien un libro—no es cosa para cualquiera.

XXIX

LOS VIDRIOS.¹

Mejor los vidrios destruyes,—mientras más temes romperlos;
 Que son manos peligrosas—las seguras con exceso.

¹ He empleado esta palabra en su sentido antiguo de "vasos de cristal," por ser la que traduce con exactitud *Crystallina*, usada por Marcial.

XXX

DE LIGURRA.

Versus, et breve vividunque carmen,
 In te ne faciam times, Ligurra;
 Et dignus cupis hoc metu videri:
 Sed frustra metuis, cupisque frustra.
 In tauros Libyci fremunt leones;
 Non sunt papilionibus molesti.
 Quæras, censeco, si legi laboras,
 Nigri fornicis ebrium poétam;
 Qui carbone rudi, putrique creta
 Scribit carmina, quæ legunt cacantes.
 Frons hæc stigmatè non meo notanda est.

XXX

DE LIGURRA.

La sal de mis epigramas--temes contra tí, Ligurra,
 Y digno de ese temor--que se te juzgue procuras.
 Temor y deseo vanos.--De Libia el león con furia
 Ataca al toro, y tranquila--la mariposa ante él cruza.
 Si quieres que de tí se hable,--busca en mancebía obscura
 Algún poeta borracho,--que escriba con greda sucia
 O carbón grosero, versos--leídos en parte inmunda.
 Tu frente no ha de llevar--el estigma de mi musa.

CORRIGENDA.

Página.	Línea.	Dice.	Léase.
6.....	23.....	Augusta.....	Angusta
10.....	„.....	borus.....	bonus
18.....	8.....	quæris.....	quæris
„.....	26.....	hoatis.....	hostis
20.....	4.....	proba.....	probra
„.....	7.....	quidan.....	quidam
„.....	9.....	coturnisis.....	coturnicis
„.....	18.....	Flace.....	Flacce
22.....	3.....	pexan.....	pexam
„.....	6.....	Quen.....	Quem
„.....	10.....	quator.....	quatuor
„.....	14.....	antequan.....	antequam
„.....	17.....	Esquilüs.....	Esquiliis
24.....	11.....	miscum.....	miserum
„.....	„.....	place neno.....	placet nemo
„.....	18.....	res est.....	res est:
26.....	8.....	extractas.....	exstructas
28.....	9.....	censeco.....	censeo
„.....	10.....	poétam.....	poëtam

